

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6402

**Auteur(s) :** Jean de Moy [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Mathieu, Cressy, Notre-Dame, dépendance Saint-Lô de Rouen (prieur)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1284, mars

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation par Jean de Moy, écuyer, de ses biens situés à Cressy.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° LVIII e, p. 382-383.

## Dissertation critique

Pâques tombe le 18 avril en 1283 et le 9 avril en 1284.

Texte établi d'après a

Sciunt omnes presentes et futuri quod ego Johannes de Moy miles dominus de Cressi tradidi et concessi in feodo et hereditagio Matheo tunc priori de Cressi et successoribus suis omnia nemora de Cressi excepto nemore domine Philippe de dote scilicet hayam Ricardi sitam juxta terram Guillelmi dicti Lenfant ex una parte et terram dicti Iohannis de Moy militis et terram Petri dicti Nugues ex altera et faiellum situm juxta terram dicti Guillelmi Lenfant ex una parte et terram Guillelmi de Gaucucourt et terram Iohannis Cuparii ex altera et nemus de Cressi situm iuxta campos Mirelli ex una parte et nemus domine Philippe quod tunc tenebat de dote et terram que dicitur les Houeis et terram Iohannis dicti Cailleu et Mathei Bertin et terram et hayam Rogerii dicti Roussel ex altera et acostat ad campum qui dicitur le camp de la Boissiere et terram Rogeri le Brumen et fratrum suorum ex uno latere et viam que ducit de Cressi apud sanctum Helerium ex alio tenenda et habenda et racione hereditagii possidenda omnia supra dicta nemora prout sunt divisa dicto Matheo tunc priori de Cressi et suis successoribus de me et meis heredibus libere quicte pacifice inde michi et meis heredibus de predicto Matheo tunc priore de Cressi et suis successoribus singulis annis reddendo IIIIor libras monete currentis in Normannia duobus terminis scilicet quadraginta solidos monete currentis ad purificationem ste Marie virginis et quadraginta solidos monete currentis ad festum Sancti Iohannis baptiste et annuatim domino regi Francie viginti et sex solidos et octo denarios turon. ad festum sancti Michaelis in septembri. Licebit autem de cetero dicto Matheo tunc priori de Cressy et suis successoribus de predictis nemoribus suam totaliter facere voluntatem sicut de suo proprio hereditagio. Et ego predictus Iohannes de Moy miles dominus de Creissi et mei heredes predicto Matheo tunc priori de Creissi et suis successoribus omnia supradicta nemora prout sunt divisa contra omnes gentes tenemur garantizare et ab omnibus impedimentis locacionibus vendicationibus obligationibus dotis maritagiis retentis auxiliis deliberare et acquitare salvo tamen iure capitalium dominorum et redditu antedicto et ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum hanc presentem

cartam inde eidem feci et sigillo meo sigillavi. Actum fuit hoc anno Domini millesimo cc° octogesimo tercio mense marcii. Testibus hujus domino Radulpho rectore ecclesie de Altaribus subtus Belencombriam et decano de Longavilla. Domino Rogero de Busco canonico Sancti Laudi Rothom. Johanne dicto Morice. Radulpho dicto Brestel. Osberto de Cressi clerico et pluribus aliis.